MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS (SOG. ÄLTERES RADECKER MISSALE)
Salzburg/Domstift, 2. Viertel 14. Jh. Seite 184r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



credencium digito tuo scribis; da nobis fidei spei
et caritatis augmentum. et ut mereamur assequi
quod promittis. fac nos amare quod precipis. Per Secr.
Mitte quesumus domine spiritum sanctum qui et hec munera nostra tu
um nobis efficiat sacramentum; et ad hoc percipien
dum corda nostra purificet. Per eius. Cpl. Spiritum
nobis domine tue caritatis infunde; ut quos uno
celesti pane saciasti. tua facias pietate concordes. Per eius
Deus qui unigeniti filii Fer. vi. de s. cruce.
tui precioso sanguine uiuifice crucis uexil
lum sanctificare uoluisti; concede quesumus; ut qui eiusdem
sancte crucis gaudent honore; tua quoque facias ubique
protectione gaudere. Per eundem. Sec. Hec oblacio do
mine ab omnibus nos purget offensis; que in ara
crucis etiam totius mundi tulit offensa. Per eundem
prefacio. Qui salutem. Cpl. Refecti cibo potuque ce
lesti quesumus omnipotens deus, ut ab hostium defendas formi
dine; quos redemisti precioso sanguine filii tui do
mini nostri ihesu xpi. Per eundem Sabbato de sancta maria.
Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpe
tua mentis et corporis sanitate gaudere; et glori
osa beate marie semper uirginis intercessione a presenti
liberari tristicia; et futura perfrui leticia. Per dominum. Secr.
Tua domine propiciacione et beate marie semper uirgi
nis intercessione; ad perpetuam et presentem hec oblacio
nobis proficiat prosperitatem. Per prefacio. Et te domine in

184